



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

Quæst. I. De pœna, & gloriæ Angelorum æternitate, ac reliquis à gloria
essentiali, quibus dæmones priuantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

inde Rufinus eam Pamphili nomine Latinitati donauit sanctus Hieronymus vero Apologia sua contra Rufinum, Eusebio Cæsariensi uiribus, uti & Gelasius Papa citato capite, *Sancta Romana Ecclesia*, & Antipater Boitrensis Episcopus, in refutatione eius Apologie, tomo tertio, Conciliorum Synodo 2. Nizena actu 5. editionis Suij scripsit etiam pro Origene Apologiam Iacobus Merlinus, item Ioannes Picus Mirandulanus disputat. *De salute Origenis* Sixtus Senensis libro quarto, sive Bibliotheca. Ab errore vero, de quo hic scripsisse Origenem censet Dominicus Soto in 4. d. 5. quæstione prima, articulo primo, & d. 45. quæstione secunda, articulo 2. eis tamen omnibus perpensis, quæ tot Pontifices, & Concilia in Origenem, tum uiuentem, tum uitam exitum, cuiusque errores (& hunc de quo agimus, Eusebio, Rufinoque Apologiis uisus) anathematizauerunt (immo, & quod Gelasius Papa citato capite, *Sancta Romana Ecclesia* Eusebii pro illo defensionem, & Eusebium ipsum de ipsa damnauerit, censio cum Molina nostro ad quæstionem 62. primæ partis, articulo 2. d. 1. §. *Ego uero*: errorem hunc, & alios Origenis errores fuisse, ipsumque in eis obliuiscere negari citra impetum & temeritatem, magnamque authoritatis Ecclesiæ iacturam minime posse, etsi multis locis paratum sit in omnibus dicat, ad consentiendum Ecclesiæ sensui: cum nullibi, nisi ex luxurie fidei relatione Rufini, de Origenis retractatione constet: nihilque frequentius Hæreticis, hæc profiteri, ne durius ab illa cum ipsis agatur, retentis tamen erroribus, quos Ecclesiæ sensus esse ex eius tolerantia arguant, & facilius suadeant.

2. Errorem præfatum de Dæmonum, & hominum damnatorum temporalem à peccato purgationem Eutyches etiam incurrisse arguitur, ex affini, & conuexo errore alio Origenis etiam memorato, numero 1. de animabus ante mundum creatis, & beatis & post mundi creationem, in male actorum penam in corpora immeritis: quam Eutychis fuisse Leo Papa 1. citata epistola docet: certe in eum uidetur etiam inclinalle Ambrosius in id. ad Ephes. 3. ut innotescat Principibus, ut obseruat Annonius, in 1. Peritarch. capite 6. Sixtus Senensis. *Bibliotheca*, sive annotat. 291. Hieronymus etiam in id. ad Ephes. 1. & ut finis in laudem gloriæ, & in id. capite secundo, ut ostenderet, in seculis superueniunt, & ad id capite quarto. *Ex quo totum corpus*, aduertit tamen ipse eius commentarii præfatione, se illum ex Origenis, & Didymi commentariis pauculis additis construxisse, ut, non tam sit author, quam, collector. sed in postrema uerba Iſai. capite ultimo, *uerbis eorum non morietur, & ignis eorum non exstinguetur*, & 1. Dialogor. aduersus Pelagianos ad tractat. Iſaiæ. *Comburentur peccatores, & iniqui simul*. Etsi Dæmonum, ac infidelium penam æternam fore asserat, eius tamen temporariam durationem, non improbat, sed uidetur probabilem tacitus indicare, uerum citata Apologia aduersus Rufinum hanc temporariam durationem ut Anastasij Papæ sententia aduersam, ac subinde hæreticam reuocat: atque ad id Ione 3. *Peruenit uerbum ad Regem Ninine*. Multis efficacibus testimoniis, & argumentis ut falsissimam, omni ueritatis fundamento carentem, adhuc apparenti, confutat, etsi erroris seu hæresis nomen, & notam omiserit, quæ uirtute eius argumenti continebatur: ob quæ, & alia, quæ in eius hæc super re defensionem adducit Sixtus Senensis in sua Bibliotheca libro quinto, annotat. 229. & libro 6. annotat. 290. longe ab hoc errore extitisse censendus est, ceterum, cuiuscunque Authoris ea temporaria Dæmonum, & damnatorum pena sit, Hæresis contra eorum æternitatem in scriptura expressam, & in Conciliis damnata omnino est, Iſaiæ 33. *Qui habitauit ex nobis cum ardentibus sempiternis*: capite ultimo, *uerbis eorum non morietur, & ignis eorum non exstinguetur*. Marci 9. *Non est tibi claudum introire in uitam æternam, quam duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis*: ubi uerbis, & reliqua ex Iſaiæ ultimo recitata Matthæ 25. *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui parati estis Diabolo, & Angelis eius*. Inferius uult, *Ibunt hi in supplicium æternum*, inſti autem in uitam Christoph. de Ortega de Deo Vno, Tom. II.

æternam. Apocalypſ. 20. *Diabolus, qui seducebat eos missus est in stagnum ignis, & sulphuris, ubi beſſia, & pseudo-Propheta cruciabuntur die, ac nocte, in ſæcula ſæculorum*. Quæ loca Patrum, & Interpretum Catholicorum concordia (ut adest) explicationes, nedum authoritate, non egent, ut fidei dogma esse prælatam conclusionem, de æternitate pena Dæmonum, & damnatorum, & gloriæ Angelorum, ac Beatorum omnium confirmant. Definuit eadem ueritas contra Origenem, ut uidimus, numero 1. articulo sexto, Synodi. actu 13. approbante epistolam Sophronij (ubi is error damnatur (relatum, actu 11. insuper ab Anastasio, Vigilio, & Gelasio Pontificibus summis ibidem relatis in Symbolo Athanasij illis, *Aliqua dubio in æternum peribit, & illis, qui bonæ egerunt ibunt in uitam æternam, qui uero mala, in ignem æternum*, in Concilio Lateranensi, capite secundo. *Firmiter de summa Trinitate* 24. quæstione, primo capite, *sane uideatur Sanctus Augustinus* 21. de ciuitate, capite decimo septimo errores negantium penam damnatorum, uel omnium, uel aliquorum æternitatem accurate referens (& acriter confutans: Quod contra æternitatem mortalis malitiæ (ut reuera est) finitæ à ratione Theologica obicitur, & Doctos quosque turbauit, in uariisq; egie de necessitate incarnationis ad satisfactionem pro illo, discicimus de ea disputantes controuersia prima, de incarnatione.

3. Dogmate hoc statuto, uidendum est, quibusnam bonis seu donis, in quibus conditi sunt, ad intellectum spectantibus Dæmones prætulerunt: sunt autem dona, in quibus creati Angeli sunt, uel supernaturalia, ut fides habitus, & actus, uel naturalia, ut habitus, & actus naturalis scientiæ, & circa habitum supernaturalem fidei, actumque eius supernaturalem: Cæterum cum Dominicanis Thomistis prima parte, quæstione 64. articulo primo, censent fidei habitum nullatenus in Dæmonibus damnatis, uel aliis manere consentiunt ex schola iesuit. nostra Thomistica: Valentia ad eundem articulum, d. 15. punct. 1. §. *Altera est cognitio*. §. *Posterior pars patet*. Ariaga d. 25. sectione quarta, numero 22. §. *Circa supernaturalis uero*, & uidetur conclusio sancti Thomæ ibi: cum autem uideatur Iacobum capite secundo sue epistolæ fidem Dæmonum illis uerbis tradere. *Dæmones credunt, & contrariis sunt*, aiunt: fidem quidem habere, non autem supernaturalem intrinseci ob motum formale reuelationis Dei, sed aduersum, & naturalem, ex miraculis, quibus de ueritatibus reuelatis, uel aliunde conuincuntur, ut credant. Aduertit autem Sanctus Thomas recte multo pauciora fide præfata credere, quam crederent, sed damnati non fuissent, sed stent in ueritate, & saluarentur, quod quidem indubitatum Theologis est: plura enim, inquit Sanctus Thomas, tunc eis reuelarentur Beatis, quam damnatis reuelantur, quoad naturales habitus, & actus scientiæ docet Sanctus Thomas eodem articulo, nihil esse Dæmonibus detractum, quem sequuntur citati omnes, ualque in eius art. explicatione, & communiter Doctores, tanquam sententiam expressam Dionysij Areopagitæ 4. de diuinis nominibus scribentis. *Data sunt Dæmonibus aliqua dona*, (scilicet naturalia) *qua nequaquam mutata esse dicimus, sed sunt integra, & splendidiſſima*. Subdunt rationem S. Thomæ. & alij: quia, cum natura angelica simplex, & indiuisibilis sit, nihil auferri ab ea potuit aliquo eius naturæ remanente, ut ibidem docet Dionysius. Et uero integræ perstanti debita ipsius naturali iuri, & exigentiæ sunt præfata scientiæ tum habituales, tum actualis dona, quæ ideo naturalia sunt, & vocantur: in hac uero ratione aliquid discursu suo addunt Theologi sententiæ, & menti Dionysij, qui solum loquitur de natura ipsa angelica, cum suis naturalibus, & intrinsecis facultatibus, quas ipsi realiter identificatas in eis supponit alioqui nihil eius argumentum de simplicitate probaret: siquidem coniunctum hoc naturæ angelicæ, & potentiarum naturalium realiter ab ea diuersum, quid simplex non est. Confirmatur ex alia eiusdem ratione eodem c. subiuncta: quia inquit, *quia per naturam sunt incorruptibiles, per peccatum non corrumpuntur*. Habitus

autem cum intellectus tum voluntatis, scientiæ v. g. per habitus contrarius, puta errores corruptibiles naturaliter seu per naturam sunt, vii. & boni habitus per peccatum, quod notavi, vt ostendam textum interpretationes bona vt alunt fide ab vno, ex vno ab aliis nullo examine, vel exiguo, & cursu acceptas transferendi, & sine examine sequenti genium esset duæ hæc difficultates, decise hæcenus dictis manerent.

4. Dico tamen primo, habitus supernaturalis fidei, est in demonibus ita censui vbi primum in dubium hoc incidi ob fundamenta subicienda. Scholasticorum vero aduersantium accurata lectione amplius iudicium meum probo: cum fundamento præcipuo minime ab eis satis fieri videatur, debilibusque eos in oppositum iudicium induci. Sed præcipuo huic conclusioni tuendæ animos nobis fecit Silmeron noster sæculi proximi Theologus facile Princeps in epistola Iacobi. d. 3. post med. ad ea verba. *Demonet credunt, & contremiscunt. S. idem tamen, vbi eam confirmat.* Quidem, et si sanctus Thomas citato loco, ac rursus, 2.2. quæst. quinta, articulo tertio doceat: demones fidem Theologicam ex fidei habitu & formaliter ob Dei testimonium non habere, sed solum ex natua intellectus perspicacia, qua Dei opera, & miracula viuidentur penetrant, & videntur argere ob illas, tanquam media, ex quibus discuntur, & reuelatas veritates discursu pertingunt, & reuelatis ipsis assentiuntur; tamen postea, quæstione octaua, articulo tertio, Iacobi textu actus, fidei Theologicæ actum, & habitum demonibus concedit. Vasquez noster, tomo secundo, in prima parte, quæst. 64. artic. 1. in eius explicatione dubius videtur manere huius difficultatis decisionem remittens ad 1. 2. q. 5. a. 2. Vbi ea de re nihil. Alitmo autem illum nostræ conclusioni assensisse: siquidem rationem à Iacobi textu efficacissimam pro nostra conclusione toto eius robore, & postremo loco adhibet. Est autem ratio ex his verbis epistolæ Iacobi, capite secundo, num. 19. *Tu credis, quia vnus est Deus, benefacis, & demones credunt, & contremiscunt,* quæ addit in illius confirmationem, quod prædixerat, numero decimo, quarto. *Quid proderit fratribus mei, si fidem quis dicat se habere opera autem non habeat? numquid fides poterit saluare eum?* ac statim exemplo appositissimo subiuncto concludit, num. 17. *fidem, sine operibus ad iustitiam, vitam spirituales, & salutem insufficientem esse; Sic & fides, si non habeat opera mortuus est in semetipsa.* Verbis autem rectis insufficientiam hanc fidei, sine operibus ad spirituales vitam, & salutem confirmat, num. 19. efficaciter secundo ex fide demonum. Cum autem dogma hoc à Iacobo, ne aliquis putaret sola fide Theologica, ob Dei testimonium habita iustificari saluandisque homines esse, mi ab ea deherent (vt nunc hæretici blaterant, atque à nascente Ecclesia, prauis aliquot Christiani iactabant) statuatur, de fide plane Theologica demonum supernaturali, eo supernaturali habitu, & ob testimonium, & reuelationem diuinam habita loquitur. Alioqui nil probaret, si de naturali eorum fide loqueretur: dicerent enim hæretici fidem, quam se sola, & sine operibus sufficientem, ad iustitiam, & salutem prædicabant esse supernaturalem, & Theologicam (de qua Paulus ad Rom. 5. perperam tamen ab eis intellectus) non autem illa demonum naturalis, quæ, non solum sine iustitia, & salute, sed cum æterna eorum damnatione esse potest: quare male argueret Iacobus, quid plura loqui eo loco Iacobum de fide demonum supernaturali, & Theologica de qua Paulus loco citato (quem illico hæretici pro errore præfato arripuerunt, & nunc etiam eius erroris Sectarii detorqueunt) asserit Aug. t. 4. lib. de fide, & operibus eum errorem referens & confutans, capite decimoquarto, circa med. scribens. *Quoniam ergo hæc opinio, de sufficientia fidei solius, sine operibus ad iustificationem, & salutem, Tunc fuerat exorta alia Apostolica epistola Petri, Iohannis, Iacobi, Iude contra eam maxime dirigunt intentionem, id quod, & Paulum, ad cuius textum hæretici offenderant, docuisse ad Galatas, 5. num. 6. & 1. Corinth. 13. numer. 1. deinceps ostendit August.*

5. Sed de Iacobi textu, quem pro nostra conclusione

expendimus, præclarissima hæc addit Augustinus sub eius capitis finem. *Iacobus autem, tam videntur infidelibus esse iis, qui sapiunt fidem, sine operibus valere ad salutem, vt illos etiam Demonibus comparat dicens: Tu credis, quoniam vnus est Deus, benefacis, & Demones credunt, & contremiscunt, quid verius, breuius, vehementius, dici potuit, cum, & in Euangelio legimus hoc dixisse Demonem cum Christum Filium Dei confiteretur, & ab illo corripitur, quod in Petri confessione laudatum est? Nil videtur pro supernaturali, & Theologica Demonum fide à Iacobo, eo loco asserit firmius asseriri posse, vel illustrius: quare paucis ex Iacobo ad suum intentum intercalatis concludit August. *Quæque falluntur, qui fide mortui, sibi vitam præparant pollicentur: Vrgentius adhuc de fide supernaturali Theologica, & ob Dei testimonium textu præfato, & contextu toto, ex quo contra memoratos Hæreticos Iacobus agere cepit, & offendere fidem sine operibus mortuam esse, & insufficientem ad salutem illum locum probatur, ex immediate subiunctis numero 10. Vbi autem scire, & homo inanis, quoniam fides, sine operibus mortua est. Abraham Pater noster natus ex quibus iustificatus est offerens Isaac filium suum super Altare: vides, quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides consummata est? & sapientia est scripta dicens: credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est. Abraham vero fides, quam in exemplum adducit Iacobus supernaturalis, & Theologica fuit, certo, & ex hoc: ergo & Demonum fidem, quam immediate ad idem intentum adducit, supernaturalem intelligit: maxime, cum naturalis, eius intentio non inferuit. Quod autem aduersarij aiunt: fidem, supernaturalem spei, & charitatis actibus natura sua inferuit, quare in Demonibus damnatisque aliis, quibusvis in quibus spei & charitatis, neque actus, neque habitus sunt, neque videntur, nullo titulo, aut fructu, vt sine habitu fidei possit permanere: leuissimum est: quia non solum spei, & charitatis actibus habitus fidei inferuit: imo vero immediate, non inferuit eis actibus sed solis actibus fidei: qui, & sunt, & continuo, & necessario erunt in Demonibus per æternitatem, in grauius, durissime supplicium condempni, seu tristicium de æterna sua infelicitate, finitus, certissime, quam euidentia discitur, aut videretur, ex reuelatione Dei euidenti ipsis nota per fidem diuinam supernaturalem credita, sicuti, & ex fide æternæ beatitudinis Angelorum, & hominum saluandorum odio Dei ac illorum, & inuidia perpetua discernuntur.**

6. Dico secundo: Habitus scientiarum aliquot naturalium Demonibus imminutus esse videtur probabiliter: conclusionis huius in terminis nullum vidi Patrorem; et si ex grauium Doctorum circa difficultates alias scientiarum Theologico discursu recte colligi videam, vt iam ostendam; sed tamen nulli, ne linguis tantis quidem, Theologicæ censuræ conclusionem subiacere etiam absolute prolatam. Certum mihi est: cum nec proxime, nec remotissime fidei dogma tangat, aut probabiliter tandem concutiat: sed solum philosophicis rationibus probanda, improbandaque sit: quod si verosimilibus probetur Doctorum, ex minus verisimilibus aduersantium, authoritat debet prævalere. Maxime cum numero tertio post medium eam menti, & sententia Sancti Dionysij (cuius in his, quæ ad Angelos, & Demones spectant præcipua ex Patribus authoritas est) nullatenus aduersari ex instituto ostendimus, & cursu notauit Arriaga citata lectione quarta, numero 20. §. *De panis præcipua sub fine.* Probatur primo conclusio, quia Deus infundit Demonibus, æt damna cum habitus, tunc actus æternos circa obiecta plura naturalia ipsis molesta, quæ nec sunt, neque erunt, quibus continuo cruciuntur, atque ipsa habitibus, & actibus scientia naturalis, quoad ipsa imminuitur, & corrumpitur: ergo scientia naturalis Demonum, & damnatorum, ex parte saltem imminuta est, & corrupta antecedens est. Manifestum in secundo d. 28. articulo primo, dubio secundum, conclusione prima & secunda, nostri Vasquez t. 2. d. 90.

d. 90. n. 11. & 12. & 3. p. d. 61. num. 59. Patris Huet id de fide d. 18. sect. 6. num. 54. Ludouici Torres de fide. d. 3. dub. 3. §. *medium iudicium* & §. *argumentum vero secundum* & §. *ex his*. Ripaldæ r. 1. de ente superatur. d. 59. sect. 1. §. 1. fine. & Arriaga supra à nobis relati, & consentiunt Recentiores docti memorati à Ludouico Torres ubi proxime dub. 4. §. *De præsentis controversia*, quibus adde Doctores asserentes Deum se solo posse species impressas obiecti non existentis potentis infundere, ac subinde visionis, indeque orti accessus falsi Ita censent fieri à Deo apparitiones Christi Domini in pueri, vel crucifixi, vel resurgenti &c. in Eucharistia Sanctus Thomas, tertia parte, quæst. 76. articulo octauo, & in 4. d. 10. artic. 4. quæst. 2. & opusc. 78. c. 11. Scot. in 1. d. 3. quæstione quarta, §. *De rebus*. S. Antonin. tertia parte, tractatione quarta, capite decimoquarto, Paludan. in 4. d. 10. cap. 1. S. 2. d. 1. quæst. 1. articulo tertio, victoria relectione de Eucharistia. num. 64. Ledesma. 1. p. quæst. 14. vici. Molina. quæst. 55. artic. 2. d. 2. m. 1. quos refert, & sequitur Ludou. Torres citat. dub. 4. §. 1. Eam sententiam communem aliorum Theologorum testatus, magis autem species propria, & clare representantes obiectum non existentem in erroneos actus apprehensionis & iudicii, quam habitus naturales per accidens à Deo infusi erronei insunt: habitus enim ad eos inclinant tantum potentiam, quam non inclinant solem, species, sed determinant. Amplius autem, quam in antecedente assumimus, docent Caletan. & Banez apud Lud. Torres citato dub. 4. §. *in præsentis* & ille enim in librum 2. Reg. cap. 12. & 16. ait mendacij causam, vt peccat: non, vt mendacij, Deum esse posse: Banez. in 2. 2. quæst. 1. artic. 3. cum aliis relatis presso nomine à Ludou. Torres dub. 3. §. *Circa alteram* sub med. docet habitum fidei supernaturalem, & à Deo solo proinde effectum, posse esse causam falsi assensus. Secundo probatur conclusio ex communi Patrum, & Theologorum doctrina asserentium: Propter parentem nostrum Adamam ob peccatum admittit non solum spoliatum donis supernaturalibus status innocentie fuisse, sed & in naturalibus fuisse vulneratum, & imminutum; tamen iure nature integra illa omnia seruari deberent: quia nimirum pene debitum, quæ in mortali illo fuit, insunt in Deo ad puniendum, ac se de iniuriis videntem, ei debito respondens naturalis illi iuri, & exigentia præstaret: quo aduersus sententia fundamentum euerteretur. Ad hæc: habitus scientiarum naturalium Angelis instanti creationis per accidens à Deo infusi, & quoad modum, supernaturales, non fecerunt, atque in Adamo pro instanti creationis fuisse, quos tamen ob peccatum magnam salutem, imo vero omnes amisit: quia in Dei donis, & nature indebitis censentur. Ac deam Ezechiel. 28. n. 17. pro hac conclusio dicitur, *Elevatum est cor tuum in decore tuo: deridisti sapientiam tuam*, scilicet in superbia illius peccatum, in decore tuo. Cum hoc autem sit eos veritates omnes naturales, circa quas erroneos habitus, & actus in peccatum à Deo non patiuntur, cognoscere absolute posse, meliusque, quam homines de præteritis presentibus & futuris censere, discernere, & coniectari, vt est ipsorum intellectus, qui ipsorum naturæ in ipsa identitate, ac subinde imminutus nusquam fuit, actior, perfectior, & humano vividior, quod satis insinuant Augustinus, & Isidorus apud Soar. capite sexto, numero tertio.

8. Circa ea, quæ ad penam damni spectant, recentenda non brevis controu. orta apud scholasticos, præsertim Recentiores, est: sed longior, quam par esset, partium duarum Vasquez. d. 242. capite secundo, & Soar. supra cap. 5. & 3. p. 4. d. 13. sect. 2. qui docet tristitiam, & dolorem demonum, de glorie, & aliorum bonorum priuatione à demonibus cognita oriundum, ad penam damni pertinere, non sensus quia ex obiecto, & malo priuatiuo prouenit; ac pena sensus solum sit, quæ ex obiecto, & malo positiuo, & in re præsentis ab igne in Angelis oritur, de quo his nobis cum ipso quæstione tertia, cert. 1. numero quatto, refertur sententia alia à nostro Arriaga, sect. 3. §. *Scotus* & alij, & à Soario, cap. 4. asserentium: nullam esse damni penam in demonibus: quia priuatiua etiam obiecta, & mala, quovisque cognita tristitiam, & dolorem ipsis ingenerent mala ipsi-

sis, & pœnalia, seu pœnæ non sunt. Cum autem pœna sensus demonum, nil aliud sit, quam tristitia, & dolor de quouis obiecto ab eis percipiatur sit sane, inquit, omnem damnationem pœnam sensus pœnari esse, ac damni nullam. Sed hæc sententia, vt refertur, nullum habet authorem: siquidem, nec Scotus relatus ex 4. sententiæ. d. 50. quæst. 1. & 4. conclus. 2. nec Vasquez nomine suppresso simul ab eodem citatus tale quid docuit. Et de Scoto fatetur merito Arriaga num. 14. §. *Dico secundo*, & constat ex eius textu, & sententia fideliter relata à Vasquez citato, capite secundo, §. *Mibi vero probatur*, de ipso autem Vasquez. Ex eodem paragrafo constat penam damni in ipsa priuatione bonorum ob peccatum inflicta ante eius cognitionem, & inde ortam de illa tristitiam, expresse fieri quam in instantibus, quibus nulla de bonorum spiritualium priuatione cognitio, ne dum sensus, & tristitia, recognoscitur admittit, etsi malum aliud §. *Aliud autem malum* immediate esse neget, quod pendet à cognitione: nimirum id quod male (vt & Scotum) intellexerunt qui cum pro sententia proxime relata citant: quasi doceat mala alia, & obiecta, de quibus tristamur quovisque ex eorum cognitione dolemus, ac tristemur, mala non esse; ac proinde, cum tristitia & dolor omnis in penam peccati incussus pœna sensus sit non esse nisi penam sensus in damnatis referuntur docuisse.

8. Sed multa intellectus obnubilatione, aut cæcitate, opus est, vt sic Vasquez intelligatur, siquidem §. *Mibi vero*. Citato penam damni in sola priuatione bonorum ob peccatum absque vilo eam patientis sensu, cognitione, dolore, aut tristitia, sitam esse docet ac probat. & immediato §. citato, *Aliud autem malum* vniuersum de omni obiecto, disconuenienti subiecto, siue priuatiuo, siue positiuo, ait, *omne obiectum carnis, dicitur asserere penam sensus quatenus asserit iustitiam*, & qui illam patitur, ex sensu pati dicitur, quatenus tristatur: quare irritio, & minus bene perfecta Patris Vasquez doctrina, Soarium etiam nosse, laborat citato capite quinto, numero quatto, vt quasi contra ipsum ostendat obiecta de quibus tristamur, non ideo esse nobis mala, & disconuenientia, quia de eis tristamur; quin potius ideo nos de eis tristari, quia illa in se, & ac de se mala, & disconuenientia nobis sunt: quod Vasquez de malo priuatiuo, & damni semel asserit ac iterum de omni malo, siue priuatiuo, siue positiuo solumque citato, §. *Aliud autem* contendit & ostendit contra Soarium neutrum malum ad penam sensus pertinere, nisi, quatenus à damnatis tristitia ac dolore, ex eorum cognitione sentitur; vt quod sui infirmitati erat tristitiam, etiam ex probatione bonorum cognita à demonibus, & damnatis perceptam, æque, ac conceptam, ex malis positiuis inflicta ad penam sensus non damni, pertineret: quare sic eum paraphum, & intentum conclusit. *Hinc constat omnem tristitiam, etiam de pena damni, ex cognitione ortam esse penam sensus; aut oportet aliam diuisionem ex proprio cerebro excogitare*. Ne ergo, in re per se nota, sermo, aut quæstio longius à nobis, ab aliis, ve deinceps trahatur censendum est diuisionem pene demonum, & damnatorum, quorum pœnæ, in penam sensus & damni ita apud Theologos omnes statam, statamque fuisse, vt nemo hæc ausus de ea dubitaret; ac proinde, Scotum & Vasquez non nisi male intellectos pro opposito referri potuisse: atque omnes subinde contra ipsos Soarij, & aliorum impugnaciones falsæ intelligentiæ illorum inuiri, & impugnatores equiuocatione laborasse, Censendum secundo Vasquez nostrum optime, contra nostrum etiam Soarium euicisse. Sensus enim, pœna in demonibus non, nisi in spirituali sensatione, vt sic dicam, siue sensu, qui doloris, & tristitiæ, seu, quod idem est, fuge, & auersionis appetitus spiritualis, & voluntatis Angelicæ de malo, & disconuenienti obiecto, sibi aliquo modo coniuncto, & præsentiv, talique cognito esse potest: atqui de malo priuatiuo, & quod Angelo adest, & aliquo modo coniunctum, & cognitum ab ipso est sensus hic, seu doloris, & tristitiæ, seu fuga & auersio voluntatis in demonibus æque, ac de malis positiuis adest, imo maior longe de malo priuatiuo gloriæ quam de positiuis reliquis, quæ in peccati penam à Deo ipsis infliguntur, ergo de pœna damni penam propriam, tristitiæ, & doloris pœnam, quam solum, possunt, sensus demones patiuntur.

CERTAMEN II.

De iis, quorum priuatione ex parte voluntatis damnati demones puniuntur.

Priuatione donorum Dei ad voluntatem spectantium, qua damnati demones puniuntur, non una quidem, sed pro donorum Dei diuersitate multiplex est. Alia enim est donorum, quo ad substantiam, supernaturalium & quoad substantiam, supernaturalium, quaedam habitualia sunt, ut spei & charitatis, habitus, ac reliqua, quae Spiritus sancti dona nominantur: alia vero actualia, ut Dei super omnia amor, & spei Theologicæ actus, ac reliqui ab Spiritu sancto donis præfatis natura sua oriundi, in donis vero naturalibus, quo ad substantiam ad voluntatem atinentibus, quædam sunt naturalia, quidem, quoad substantiam, & modum; alia vero, quo ad modum supernaturalia, quia, etsi naturaliter adquirentur, haberi ab Angelis ante statum damnationis potuerint; aut supra naturalem eorum virtutem, exigentiamque donata à Deo sunt. In his censentur habitus virtutum moralium quos Angelis in creationis instanti per accedens à Deo infusus dicebamus. Id, quod verum etiam est, etsi virtutum moralium actus, nec supernaturales, quo ad modum adhuc, sunt, nec auxilium gratiæ supernaturalis, quoad modum, iuxta Soriani, & affectualem sententiam requirant, contra Vasquez, & discipulorum, nostramque sententiam: eorum quippe habituum omnium infusus instantanea inexpectatis actibus; quibus illi progignantur, supra exigentiam, & virtutem naturæ est; ac proinde supernaturalis, quo ad modum est.

2. Omnibus donis habitualibus supernaturalibus, quoad substantiam ad voluntatem spectantibus, concors Doctorum, & Theologorum omnium Catholicorum sententia est damnatos demones priuatos esse: enim sunt gratiæ habitus spei, & Charitatis seu amoris Dei super omnia, quæ supernaturalem, quoad substantiam, necessario, & essentialiter, cum nostro Vasquez, & aliis censui semper. Ratio est, pro habitibus Charitatis, & spei. Quia Dei gratiam habitalem naturaliter consequuntur, de gratia enim habituali, tam certum est eos esse priuatos, atque esse in mortali, atque demones, in statu damnationis, gratia habituali priuati à Deo in perpetuum sunt: ergo, & habitu supernaturali spei, & charitatis, ex quo primi damnati demones sunt priuati fuisse Probatur consequentia, quia sublata radice, & causa naturali, vel physica, vel intentionali, & motiua, cuiusmodi gratia habitualis habitum spei, & Charitatis est, efficiens, & fructus perire connaturalissime prouidentia, est: iuxta quam conclusiones questionum de facto in bona, & cordata Theologia sunt statuenda. De habitu vero Charitatis, si iuxta Doctores non paucos, habitui gratiæ realiter identificetur, de quo t. i. de ente supernaturali controu. de gratia habituali, & formaliter iustificante, facile, & speciatim suaderetur: in ea quippe sententia, nec de potentia Dei absoluta, cum perpetua priuatione habitus gratiæ demonum damnatorum Charitatis habitus poterit magis, quam idem, cum sui negatione consistere. Nec valet habitum spei in hominibus viatoribus amisso habitu, gratiæ per mortale nihilominus permanere, & in viatoribus adhuc demonibus permanisse: id enim non connaturaliter naturis horum habituum attendentis vsuuenit, sed status viæ, in quo ad sperandum veniam mortalis patet via, atque ad penitentiam, qua mortale aboletur iustitiæque, & salus æterna obtineatur recursus; quibus in statu damnationis damnatis omnibus, tam malis Angelis, quam hominibus via oclusa est, & aditus præclusus: ex quo statim rationem tertiam pro nostra conclusione deducemus n. 4.

3. Nunc probatur secundo conclusio, & confirmatur

ratio præcedens: quia eiusmodi habitus dona Dei gratuita, & supernaturalia sunt, & quibus determinate demones damnati per mortale, æternæ duraturum, se reddunt in æternum indignos: ergo attentio hoc solo iure Diuino, quauis etiam exigentia creata conseruationis eorum habituum adstante, demones æternum damnati deberent eis habitibus spoliari. Vergetur, quia non solum non adstant creata aliqua exigentia conseruationis eiusmodi habituum; sed adstant exigentia, ut non conseruentur: cum absit gratia, à qua, in conseruatione etiam, hi habitus, ut pote ipsorum radice, connaturaliter, & connaturali prouidentia, & conseruatione pendent, in qua debent, quandiu sunt, & fuerint, conseruari. Dices habitum fidei (ut diximus cert. 1.), damnati etiam demonibus, etsi supernaturalis, & gratuitum Dei ipsi offerunt, & infusi perpetuo futuris, donum sit, æque, ac spei, & charitatis habitus, eoque titulo positum perpetuo debitus perpetuo inimicis, & positum indignis, conseruari: ergo non obstante iure positum Dei offensi priuandi demones damnatos habitu spei, & Charitatis, & à gratia habituali distinguatur, & positum in dignitate illorum, ut his priuentur, priuandos de facto male iure probabitur. Negatur consequentia, quia ius hoc Dei infligendi penas demonibus est, & dignitas in his eas priuandi, & quamuis deesset fidei habitus, minor tamen poena eius priuatio foret; quam eius conseruatio, ut Deum vindicem suorum delictorum perpetuum credant, odioque in ipsam, rabie, & melioris fortunæ desperatione taseant, & contemiscant: quare habitus eius conseruatio demoni non est gratia, nec gratuitum Dei donum, sed maius, quam eius priuatio supplicium. Charitatis autem, & spei habitus (solum doni gratiæ supernaturalis Dei rationem haberet, si in demonibus damnatis seruarentur, cum nullo actus quibus demones absolute nedum magis, quam eorum priuatione crucientur possint habere: quare à conseruatione habitus fidei, ad conseruationem reliquorum habituum, supernaturalium, vel contra ab horum priuatione in penam damnatorum demonum ad illius priuationem nulla paritatis ratio inuenitur.

4. Dicendum est secundo, nullus actus supernaturalis spei, & charitatis habitibus supernaturalibus respondens, adesse aderit vnquam demonibus damnatis. Est omnium Theologorum conclusio. Ratio prima, quia deficientibus habitibus, qui eorum actuum principia connaturalia, sunt, ut connaturaliter eliciantur, demonum voluntas, non est, in actu primo adæquate, & complete, ad eos actus, ex parte sua constituta: ergo neque concursus ex parte Dei, per omni potentiam suam applicationem præparatus est, ex decreto concurrenti necessario, & connaturali: ergo in naturali prouidentia actus spei, & Charitatis voluntati demonum est impossibilis: ergo de facto nullus eorum demonibus damnatis adesse vnquamve aderit. Consequentia est legitima: quia in questionibus de facto, ex connaturaliori rebus prouidentia, ubi de opposito ex scriptura, & Patribus non confliterit (ut hic non constat) decidenda sunt, ut nuper dicebamus. Confirmatur, quia præparatio omnipotentiæ extraordinaria, & supernaturalis ad concursum Dei, ut causæ particularis loco habitum ad eos demonum damnatorum (scilicet æternum ignem) Dei immicorum actus tantum gratiæ continet, ut non, nisi irrationali discursu, reuelatione seclusa, asseri possit, maxime, cum ij actus toti ingentia à Deo beneficia sint, & penarum, quibus à Deo damnati, & æternum sunt, quam magnum leuamen. De actu Charitatis supernaturalis Dei super omnia, cum secum iustitiam, & amicitiam Dei, vel asserat, vel imbibat salus fidei dogmatibus pluribus nequit damnatis, adhuc instantanea concedi, nitatis futuræ particula, adhuc instantanea concedi. Actus vero spei cum penæ virtutisque damnatis demonibus innotescat, non solum euincitur ab eis exclusus, sed eis impossibilis. Porro ex eius conclusionis probatione, vltima probatio efficacis desumitur pro conclusione prima: cum habitus supernaturales, ac nunquam future lege status damnationis nullam, ac nunquam future sunt otiose, ac vane in eo statu damnationis reliquerentur.

4. Dicendum

3. Dicendum est tertio. Nullus habitus supernaturalis, quoad modum solum, & naturalis quoad substantiam. Demonum damnatorum voluntati resistens fuit, sed ab instanti damnationis fuerunt, eis in penam privati: sunt autem hi habitus voluntatis supernaturalis, quoad modum solum, qui actibus voluntatis repetitis acquiritur demum naturaliter possent; ea vero actuum repetitione ex qua connaturaliter progredientur, non expectata in instanti creationis infusi à Deo Angelis sunt, ac proinde per accidens infusi, quia adquisibiles absolute de se, solent à Theologis appellari: in quibus virtutum moralium habitus, voluntatibus Angelorum infusi simul ac creati fuerunt communiter numerantur, conclusionis nullam Patronum, vel aduersariorum possunt referre, quia neminem ea de se disputantem vidi, sed solum de potentia, vel impotentia absoluta demonum, ad bene operandum moraliter quæ abque eis habitibus lapsa absolute consideret. Probat: quia eiusmodi habitus supernaturales, quoad modum solum, & per accidens infusi ex speciali Dei gratia, & supernaturali providentia collati, & infusi Angelis fuerunt: ergo possunt indignis per mortale, ac toto via tempore in illo obtinens, ac demum in statu damnationis perpetuo obtinensissimi inimicis indignissimis suis debuerunt à Deo in penam auferri, quod argumentum vim etiam habet, & si alia quævis naturalis exigentia perdurandis in eis habitibus per accidens infusis titulo naturalis exigentia ad vicius perdurandum, quamdiu contrarium fortius abest, quam omnibus permanentibus natura sua creatis, (vt hi habitus sunt concedimus) cogitur: qui titulus iuris Dei offensus erga perpetuos suos inimicos vici naturalis exigentia vicius perdurandi fortior longe est. Vnde destruitur, quam si oppositi habitus incensibilis adessent, qui naturalissime eorum destructionem exigentes, & obtinerent. Confirmatur: quia cum eorum habituum, quoad modum supernaturalium infusio, & prima absoluta existentia ex qua vicius perdurandi vis ipsius continetur, & beneficium Dei citra ullam naturæ exigentiam fuerint. Demonum in Deum odio, & ingratiudine iurata causa sunt, vt iura omnia ciuilia, quæ ex gratia, & beneficio alicuius, siue per legatum, siue per promissionem, siue per donationem gratuitam inter viuos explorato odio, & ingratiudine in benefactorem iritantur, siueque iure. Et factio ipso caduca vnde patet disparitas ad habitus, moralium virtutum, & scientiarum, si quos breui illo spatio via Angelicæ à Dæmonibus acquisitos ante, vel post primum peccatum aliquis contendat, & ipsis in inferno consecrari, quorum tamen beatum satis firmo fundamento dicitur.

6. Quarto dico. Actibus virtutum omnium moralium demones ac damnationis initio in perpetuum in penam à Deo sunt privati. Est omnium Theologorum conclusio excepto Durando, qui questionem de facto, quoad actus virtutum moralium, non reigiti, sed de absoluta potentia, aut impotentia demonum damnatorum ad eos eliciendos (de quo inferius) potentiam bene operandi ipsi (vt ibi referemus) absolutam, & antecedentem concedens, eam vero potentiam absolutam moraliter quare, & actus omnes virtutum moralium negat. Ex aliis vero, qui eam absolute concedunt, secus cætorum dux, in 4. d. 51. q. 1. a. 5. omnes actus eorum demonibus negat damnatis cui in hoc consentit. Antisdorensis, 2. summæ tract. 2. c. 7. q. 1. S. Thom. 1. p. q. 64. a. 2. ad 5. S. Bonau. in 2. d. 7. p. 1. a. 1. q. 2. Marfil. in 2. q. 5. a. 3. opin. 4. præsertim solutionibus argumentor, qui locis citatis de actibus solum, non de potentia, vel impotentia absoluta demonum ad eos in statu damnationis eliciendos loquuntur: eidem conclusioni adhaerere ceteri scholastici præter Durandum, qui de actibus non egit, sed de absoluta potentia & Bassolidem infra citandum. Quare oppositum absque temeritate asseri nequit. Vocantur vero actus virtutum moralium, actus vndequeque boni, & honesti, nullo prauo fine, vel motu elicti, aut circumstantia vitiatis prauos enim, & vitiatis aliunde, & si materialiter virtutum moralium, ab ethicis Philosophis exercitatum (vt aiebat Augustinus aliique Patres, & scholastici plures) dubium non est demonibus, etiam in statu damnationis adesse. Probat conclusio, quia eiusmodi actus moraliter boni, & si ab impiis, & inimicis facti, neque gratiæ, &

vite æternæ condigne meritiui, bonum quid morale absolute sunt, & à bonis cogitationibus, & si non gratiæ supernaturalis, quoad substantiam, congruis tamen, & habitibus boni absolute operis moralis effectum ex Dei providentia dispositis proveniunt: ad cogitationem autem congruam, & habituum effectum operis moralis, absolute boni, providentiam, nulla naturæ exigentia, ac iure Deus tenetur; ergo eorum providentia ultra, ac præter naturæ debitum in Deo erit, ac subinde, & bonum opus morale, quod in bona illa cogitatione, tamquam in radice à Deo providetur, & donatur: & si bona veto illa cogitatio, & bonum opus inde ortum, nihil supernaturalitatis, & conducentiæ ad iustificationem, & vitam æternam habeat, nec posse (quod falsum est) admittamus, ac proinde omnino naturale vtrumque sit: aut, cum bonum moraliter absolute honestum quociens illa sit & ad illud conducent, seu illud deinde congrua cogitatio dari à Deo non solum indebitè, sed contra pænale debitum demonum propriæ voluntatis peccato, & suæ libertatis, & gratiæ supernaturalis abusu damnatorum, incredibile est, dixi propriæ voluntatis libertatis, & gratiæ supernaturalis abusu, vt infantibus, sine baptismo decedentibus locum post iudicii postremi diem bene moraliter operandi faciliorem relinquam, sitam cogitatio congrua, & effectus omnino etiam, quoad modum naturales, ac non supra; sed præter naturam sunt: illi siquidem non physico propriæ voluntatis abusu; sed alterius, nempe Adam peccatorum.

7. Vigetur ratio quia, vt bene Vazquez, (quem cum multis sequor) cogitatio congrua ad opus, quodvis bonum morale gratia Dei supernaturalis, quoad modum, nec solum præternaturalis, est, atque ad vitam æternam conducit: cum operis boni moralis (ex quo gratiam primam: Et initium prædestinationis, ex purè naturalibus à nobis inchoari Semper lagiani docebam) Augustinus, & concilia illud ipsum initium, anulumque boni operis moralis Deo à nobis oblati, ex gratia per Christum, & supernaturali (quod vt minimum de supernaturalitate, quoad modum intelligi debet) necessario provenire definierunt. Probat etiam loco citato. S. Thomas argumento, sed contra ex illo Psalm. 71. *superbia eorum, qui se oderunt ascendit semper*, quod de damnatis intelligendum monet. Potest item probari ex illo Iob. 10. n. 22. *ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat*: Quod de inferno, & statu damnationis communiter intelligitur; esset autem ordo aliquis, si ibi aliqua esset honesta absolute moralis operatio. Confirmatur ex Innocentio 3. Gregor. Magn. Ignatio Martyre. Faigentio, Prospero recitatis à Soario, lib. 8. c. 8. qui potentiam, etiam antecedentem, boni operis moralis negat demonibus damnatis videntur, quæ contra conclusionem hæc opponi solent, soluit. S. Thomas loco citato; tam & si aliqua ex principis, quibus non satis assentior. Ad demonum fidem actualem ex illo. *Dæmones credunt & contemunt*, quam naturalem ac non ob diuinam revelationem esse putat, sed ob signa miracula & effectus alios, ex quibus euidenter, ac necessario demones, quare & absque ulla honestate assentiantur, consequentius (fors etiam vero similis) ad nostra principia respondeo eum assensum fidei supernaturalis, & ob Dei testimonium, ac revelationem demonibus euidenter notam esse (vt ostendi certam. 1. a. num. 4) ac subinde necessarium, nec præ affectioni libere voluntatis demonum subiectum, ex quo honestatem trahere assensus ille fidei posset. Obijcit. 2. damnatorum actualis poenitentia toto capite sapientiæ descripta, & assata cruci actuum saltem inferni acerbitate extorta, quæ bona est, ac nostræ iustificationi in sacramento sufficiens. Respondet optimè S. Thomas hunc, & alios actus demonum damnatorum esse aliunde vitiosos: & de hoc satis constat ita esse extortum acerbitate extortum vt iobibitiam habeat negationem doloris de peccatis, quia offensæ Dei sunt, imo vero gaudium de eis. quia Deum, tot, tantorumque cruciatuum auctorem (quem obinde pessime tunc oderunt) offendunt. Opponitur tertio, Epistolæ ille dices adeo Lucæ. 16. de fratrum salute, etiam in inferno sollicitus: & pro ea apud Abrahamum advocatus, de quo Chrysostomus homil. 4. *Vide quam mansuetus*

tum (id est mitem, ac misericordem) culpa illum red-
diderat, sed certe, essi eos Patres, nec admodum
paucos, nec auctoritate aliis posteriores citatos, à
nostro Maldonato ad illud caput, versu decimo nono,
(in quibus Chrysostomus ipse homilias de Lazaro qua-
tuor, & alibi frequenter) afferentes totum, quod de
Diuite, & Lazaro ibi refertur non historiam, sed pa-
rabolam esse, non sequar; tamen historiam superad-
ditam parabolam (ut tragicomœdis vsu venit) collo-
quio toto non historiam à Christo Domino induci
censo, cum nostro Maldonato ibi, & versu vigesimo
septimo, & vigesimo octavo ex Iustino, & quoad quin-
que fratres ex persona diuitis in eo colloquio memora-
tos ex Augustino, lib. 2. quest. Euangelicar. & Chrysost.
homil. de Diuite.

8. Imo & aduers. 22. Factum esse autem, ut mo-
reoretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum
Abrahæ; mortuus est autem, & diues, & sepultus
est in inferno: rectè idem Maldonatus censet, ad po-
strema verba de diuite sub paragraphi finem. Loquitur
enim textus de utroque, quasi toti, corpore nimi-
rum, & animo constantes, alter in sinu Abrahæ, al-
ter in inferno collocarentur: quod minus congrue,
per synecdochem, ab aliis ratione animarum vtriusque
intelligitur. Siquidem sepultura, nec per synecdochem,
ratione animæ de toto corpore dicitur, cum non
animæ, sed corpori competat. Accedit, quod infe-
rius à versu vigesimo tertio, digiti, lingua, &
membra alia corporea alterius in sinu Abrahæ, alte-
rius in inferno recententur; quæ nullo modo per synecdo-
chem dici historice possunt, cum neuter totum corpore,
& animo constans, vel in sinu Abrahæ, vel in infer-
no fuerit receptus, cum ea à Christo Domino tan-
quam facta refererentur: restat, ut parabolice dicta
à Christo Domino fuerint per anticipationem eorum,
quæ ipsis tandem euentura præciebat, ut vtriusque,
pro bene, maleve in corpore gestis, dum apud homi-
nes vixerint mortales iustum in corpore etiam, nec
solum in anima, retributionem auditores suos do-
ceret. Quo eos ab impia, & immundi avaritia, gula,
& seculari fastu arceret, pieque, & innocentis pau-
peris extremæ etiam, metum, & horrorem ab eis
excuteret. Ex his constat, nihil solidum contra no-
stram conclusionem posse deduci, cum ea diuitis pe-
titiō ad Abrahamum salutis æternæ fratrum anxia para-
bolica (vbi & colloqui eius cum Abrahamo reliqua)
non historia fuerit; maxime in Chrysostomi nobis op-
positi testimonio ex homil. 4. de Lazaro, in qua, &
tribus anterioribus, de eodem, non solum collo-
quium totum diuitis, & Abrahami, sed quicquid ante-
rius de Diuite & Lazaro à Christo Domino dicitur
parabolam esse non historiam sæpe docet. Hæc pro-
lixius, quam aliis scholasticis moris est ex meo in
textus literarum conclusionibus nostris ad fauentis, vel
aduersantis, ut decet, nec perfunctoria interpretatione.
Admissio vero alioquin totum, non parabolice-
cum, sed historicum fuisse: nego in petitione illa,
diuitis pro suorum fratrum quinque salute (esto eos,
ut potuit, habuerit) veram pietatis virtutem, & ho-
nestatem fuisse. Etsi enim ex odio Dei, ut voluit Soa-
rius supra solutionem secundam, nec eam procurauerit,
nec optare, & procurare potuerit, ex aliis autem
prauis finibus & motibus ea, ad speciem pia, pe-
titiō fuit vitata, ut sanctus Thomas vbi proxime
aiebat. Chrysológus autem determinatum finem, &
motuum prauum diuitis in petitione illa sua acute
dispexit, & percussit sem. de diuite hoc, & Lazaro
nempe inuidiæ felicitatis, & requiei, quæ Lazarus in
sinu Abrahæ potiebatur: à qua impia, antiqua in cum
diuitie & immundi suo, ac diro animo petitione illa repe-
rita, Mitte Lazarum, amouere, & extrahere cona-
batur, sic enim ad hæc verba Chrysológus. *Adhuc
diuitem malitia non deserit: adhuc in Lazarum sic cru-*
delis.

9. Contra rationes, quibus conclusionem proximam
probauius, maxime contra secundam, qua pri-
mam nostram vrgebamus, numero septimo, estque
nostri Valquez, Alarcon, & scholæ Valquianæ to-

tius, multa opponunt Soarius fuisse capite nono, Ari-
aga citata disputatione vigesima quinta, sectione quin-
ta, subsecutione tertia, quorum plerique non hæc
conclusionem exclusiuam omnis actus boni moraliter
de facto à demonibus damnatus, sed impotentiam
physicam absolutam antecedentem illorum ad male in
omnibus, moraliter adhuc, operandum (quam cum
oblatione, & obduratione in peccato, seu impoten-
tia absoluta peccandi de male actis perperam con-
fundunt. Ut cert. 3. videbimus) resellunt. Illud op-
ponit Ariaga, numero trigesimo tertio, & secundo
principaliter ex à se dictis. d. 13. à num. 14. quod scilicet
Angelus se ad hanc potius, quam ad illam cogita-
tionem, determinet; non autem, à Deo determinetur:
quare, quod ea, ad quam se damnati Angeli
determinet, sufficiens tantum, non autem congrua,
seu effectum boni operis moralis sortita sit, vel
contra, ex Dei providentia speciali beneficia erga bo-
nos Angelos, & vindictia erga demones damnatos
nequit provenire, sed casu, & forte vt aiant fortuna
iis euenire, ut infici de eius, ad quam se determinet
effectum futuro, quandoque ad sufficientem tantum,
quandoque ad congruam se determinet: quare nec
stata lege illos semper ad sufficientem tantum, nul-
quam ad congruam, & boni operis moralis effectum
habituram se determinare, nullo fundamento, nec cõ-
tra temeritatem dicitur. Hæc obiectio vixime proba-
tionem nostram impugnat, sed falso innititur principio
si de omni cogitatione, etiam prima, Angeli in
negotio quouis intelligatur. Hæc enim, tam in An-
gelis, quam in hominibus, non ex libera electione,
& determinatione; sed Dei solius esse potest, ut Anito-
teles, sanctus Thomas, & atque omnes Philosophi, &
Theologi docent, ac evidenti discursu demonstrant.
Cum enim determinatio, tam Angeli, quam homi-
nis ad hanc primam potius, quam ad illam cogita-
tionem, huiusve præ illa electio ex prævia alia co-
gitatione debeat provenire nulla electio, siue ab Ange-
lo, siue ab homine prima erit, contra id, quod as-
serit; sed aliam necessariam supponet: de qua nunc ex
electione fuerit: quæstio reuerti; & rursus de prævia
alia ad huius electionem, quouique se in infinitum pro-
cessum anteriorum, & anteriorum cogitationum cogi-
mus, vel aliquam demum primam, non ex Angeli vel
hominis determinatione, & electione, sed Dei solius
voluntate, & providentia habitam ab homine, vel An-
gelo fatearis, ex qua tandem, quoad secundam, & po-
steriorem aliam, quouis gradu, habituram, vel non
habituram effectum honesti videbimusque actus, & bo-
ni absolute operis moralis, præ opposita, Angelus, vel
homo eligat pendebit, actu euanescent obiecto. Oppo-
nit secundo. Ariaga numero trigesimo quarto, &
Tertio reuerti. Contra Valquez rationem, & nostram
secundam, non esse gratiam specialem Dei, à dono,
& debito iure creationis distinctam auxilium, seu co-
gitationem congruam ad bonum opus morale: ita li-
le, ac reliqui ea in re Soarii sectatores censentes
quos late, & acriter Valquez 1. 2. tomo secundo, et
quæ discipuli confutant: nec segnius, & cursum nos,
tomo primo, de ente supernaturali controu. de gratia
auxiliante interim, (quoniam prolixioris traditionis, &
discursus res est, quam, ut nunc obiter disputetur,
ad principii oppositi firmitatem, & Soaristici, cui
innititur obiectio, falsitatem ostenden-
dam satis sunt, quæ n. 7. sub
init. cursum atti-
ginus.

CERTAMEN III.

De absoluta impotentia demonum damnatorum bene per penitentiam, aut alium actum moralis virtutis operandi sententia, ac de penitentia conclusiones.

Agitur de absoluta, & antecedente impotentia ad penitentiam absolute bonam, quemvis moralium actum simpliciter honestum. De impotentia enim consequente damnatis adesse certum ex dictis est, cum nullum actum honestum simpliciter, atque nullam ex parte vitiatum, sit de facto, ut diximus, habitum; eorum vero omnium actuum negatione necessitas consequens illos omnes non habendi, & consequens impotentia habendi aliquem inducitur quidquid enim absolute non est, ex suppositione quod non sit, necesse est non esse, & impossibile est esse, necesse non essendi, & impotentia essendi consequente rei absolutam negationem, cum Aristotele, Boetio, Anselmo aliisque Patribus tota Philosophia, & Theologia testatur. Dissimulamus autem certamini nullo questionem impotentiam demonum ad veram, ac bonam absolute penitentiam à questione impotentiae boni affectus actus, & operis simpliciter honesti moraliter efficiendi, atque praestandi: quia actus penitentiae solum de admissio, seu commissio à demonibus peccato, ob quod fuerit damnati, esse potest: ac proinde impotentia absoluta penitentiae praestito, & secundum se sumpta est, quæ actum solum penitentiae facit absolute impossibilem, non vero aliarum omnium moralium virtutum actus impossibiles ante eadem absolute, & simpliciter reddit, ut de se patet: siquidem impotentia ad unum determinate actum in specie, vel individuum, diuersos non excludit, quare amplior de impotentia ad omnes actus, virtutum moralium simpliciter honestos, & absolute bonos moraliter questio est quam sit questio de absoluta, & antecedente impotentia demonum ad bonum simpliciter, & absolute honestum actum penitentiae de peccatis admissis. Insuper hanc impotentiam ex diuerso principio à Thomistis Dominicans pluribus inducitur: nempe ex physica demonum inflexibilitate à proposito semel concepto, ac semel habita deliberata voluntate, quod est falsum non esset, ut supra ostendimus) ad aliarum virtutum moralium, contra quas demones non deliquerunt, actus nullatenus impotentiam in eis probaret. Similiter de damnatorum demonum obstinatione, & obduratione (in quocumque iuxta dicenda constat) duplex questio diuidi debet. Nempe de obstinatione in malo iam à se facto. Quæ eadem est, atque obstinatio ad non penitendum de peccato admissio; alia vero questio est de obstinatione ad malum actum, & opus quocumque demones damnati (& idem est de damnatis hominibus) acturi aliquid denuo, vel in materia virtutis quauis operaturi libere sint: absque libertate enim actus peccati esse non potest.

2. Denique questiones de impotentia absoluta honestæ, ac bonæ absolute penitentiae de antea peccatis, & de impotentia aliud quodvis absolute, & simpliciter honestum operandi antea ad questiones de obstinatione, in malo, siue actio, siue vterius agendo examinanda sunt: quia ex illarum examine, & decisione harum decisionum recte multum lucis affertur, confusioque, quam utraque simul disputantes, ac definiens incurrunt facile vitabitur. Inter questiones vero de impotentia ad actus bonos absolute, & simpliciter illa præcedit, quæ ad actum penitentiae est. Tum quia ex parte obiecti limitator est, & angustior, cum actum speciei vnus determinat: ea impotentia respiciat, & excludat, non vero vllum vterius actum virtutum reliquarum, unde etiam ad actum penitentiae damnati demones impotentiam habere deprehendantur, ad reuocatum virtutum actus habere impotentiam similem non

Christoph. de Ortega de Deo vno, Tomus II.

conuincuntur, quare, & illa angustiore questione examinata, ac definita amplioris huius de impotentia, ad omnium virtutum actus simpliciter, & absolute bonos, & honestos examini, & decisioni locus relinquitur. Tum etiam, quia angustior illam de impotentia penitentiae aliqui ex peculiaribus principiis decidendam volunt (ut proxime de Thomistis pluribus dicebamus) ac fors alij ex aliis, quæ ad impotentiam actuum aliorum ad virtutes alias spectantium, extendi nequeant, volent definire. Quod ipsum de obstinatione in malo commissio, & in malo deinceps committendo censendum est. Porro questionem de impotentia alterutra penitenda est vulgaris impotentiae diuisio in physicam, & moralem. Physica impotentia est, quæ ne cum summa quidem difficultate agere aliquid physice, & realiter absolute possumus. Moralis vero, quæ est physice, & realiter agere illud absolute possumus à Deo tamen impense, ac vehementer ad non agendum, vel oppositum agendum ex parte actus primi, vel detinemur, vel impellimur, ut summa, ac vix superabili difficultate illud agere possumus, ac imprudenti, & communi cordatorum estimatione, quasi physice impotentia in ordine ad id agendum, videatur æquiuale. Questionem autem hanc ad actus absolute honestos, & simpliciter bonos restringi, quin ad eos, ut absolute merituros gratia, & gloriæ questiones extenderem: quia, etsi pactum Dei de premio reddendo, (quod respectu damnatorum abest, ad meritum absolute tale in mea, & meliori Theologia nõ requiritur: at vero via status omnium sententia requiritur, qui æque dñatis, ac beatis omnibus eorumque operibus deficit: quare, etsi bonis intrinseca honestas, & laudabilitas ipsi identificata non deficeret, meritum tamen absolute gratia, & gloriæ deerit: nec condignum solum, quia à damnatis inimicis non autem à iustis, & adoptiuis filiis progrediuntur (quorum dignitate ad supernaturalium premiorum condignitatem, eorum opera eleuentur) sed nec congruum, cum ex Dei decreto, gratia, & gloria damnatis sit impossibilis: ad impossibile autem nulla conducentia, congrua adhuc, & tenuissima esse potest. Ideo, Ioan. 9. Christus Dominus aiebat: *Veni nox in qua nemo potest operari.* Operatione scilicet salutaris, & quoquo modo vtili, & conducente ad salutem.

3. His præmissis in prima questione de impotentia demonum damnatorum ad actum quemvis simpliciter bonum penitentiae de actu prauo admissio, physicam absolutam impotentiam adesse illis docent qui vniuersim impotentiam physicam ad cuiusvis virtutis actus illis assignant, & ad actum penitentis determinate, & specialiter citati Dominicans Thomistæ, ex principio illo suo de physica naturæ, & voluntatis Angelicæ, à semel concepto deliberato affectu immobilitate supra q. de loco penitentiae demonibus viatoribus à Deo dato, ita reiecto, ut vteriori impugnatione non egeat: alij vero ex principiis cuiusque peculiaribus, ut vniuersim ad omnem actum absolute bonum eis potentiam absolutam physicam, neque, quos singulatim de eam vniuersali ea questione agentes recensimus, eorumque fundamenta, omnia, & singula examinabimus, & confutabimus plerumque. Sunt autem ad rem præsentem, summam relati, vel odium Dei independentem à demonum libertate, vel habitudine impotentia vehementissimum ita etiam infusus, vel Dei decretum denegatiuum eorum ad penitentiam actum, quidquid aliud præfatis simile. Contra vero Doctores reliqui physicam impotentiam absolutam actus omnis honesti absolute, & simpliciter boni penitentiae de antea peccatis damnatis Angelis negant, atque absolutam ad aliquos cuiusmodi actus potentiam physicam concedunt, qui ad omnes virtutum moralium actus quia ex perfecta charitate supernaturali non elicitos potentiam physicam absolutam in damnatis Angelis admittunt. Doctores recensendo inferius, dum generalem eam questionem verlabimur: ex his vero Doctoribus plerique impotentiam moralem antecedentem, & absolutam ad omnes actus simpliciter, & absolute honestos, quare, & ad penitentiam actum in damnatis demonibus recognoscunt. Ita expresse Soarius citato libro octauo, capite octauo, Arriaga citata disputatione vigesima quinta, sectione quinta, subsect. 2. num. 30. §. Respondet tamen alios antiquiores scholasticos ex Soario referens, quorum mentem in ea generali questione ex Vasquez

intelli-

quinto, §. *Præsumimus enim*, & numero decimo sexto, & decimo septimo, à linea. *Propter hoc arguimus*, ubi eo solum impotentiam demonum bene operandi in statu damnationis, ab impotentia eorum, & reproborum in statu viæ distinguit: quod illis ex lege Dei ipsis nota, auxilia congrua ad bene operandum denegentur; secus ipsis, & reprobis reliquis pro statu viæ, etsi eis pro utroque statu ad honeste moraliter operandum, sufficientia, quibus potentia antecedens & absoluta, ac simpliciter talis constituitur à Deo donentur. Ita intellegendum merito Vasquez sequitur Alarcon citato tractatu sexto, disputatione nona, capite sexto, numero sexto, addens numero, 9. differentiam aliam potentie antecedentis demonum, & reproborum hominum in viæ ab ea, quam in statu damnationis habent, de qua aliquid inferius dicemus: id ipsum docet Scotus, ubi proximo, capite nono, numero septimo. Ariaga citat, disputatione vigesima quinta, subseccione secunda, numero trigesimo, §. *Respondetur tamen*, ubi demonum impotentiam ad bene operandum morale solum admittit, quam solum à magistro sententiarum, de reliquis statim citandis negatam refert, non autem absolutam potentiam physicam bene operandi in statu damnationis. Communis horum duorum ratio, Quia libere demones damnati peccant, alioqui non peccarent: ergo cum potentia absoluta non peccandi, ac bene operandi, sine sufficiente cogitatione retrahente à malo, & inducente ad illud, vel inducente ad bonum, & retrahente ab illo, verum hæc adeo communis ratio æquiuocatione æque communi huius difficultatis, & confusione cum alia de oblatione demonum in malo (de qua fœdissimè nos certamine quarto.) siue impotentia eorum ad vitandum peccatum, profus nititur: cum hic de potentia vel impotentia absoluta, & antecedente ad opus, seu actum, omnem, & quemvis virtutis moralis, præcisè, quæ bonum de se, & obiecto, & circumstantiis, absolute, & simpliciter, & vniuersim disponentis, non autem, quæ alius ille præceptus est, & eius omisso peccatum; quo solum casu præfata ratio vim habet, non autem pro actibus non præceptis moralium virtutum simpliciter, & vndequeque bonis, & honestis, ut plerique actus moralium virtutum respectu demonum damnatorum sunt (multoque plures, quam respectu eorum, & hominum in statu viæ) quibus earum virtutum pro hac solum vel illa occasione percipiuntur. Imo Vasquez citata disputatione quadragesima prima, capite primo, numero primo, §. *Hæc opinio siue*, & Ariaga citat, sectione quinta, subseccione tertia, numero quadragesimo, §. *Dices hanc solutionem* earum, aut nullum, earum virtutum, actum esse damnatis præceptum merito docet, quare præfata ratio ad paucos moralium virtutum actus, vel potius nullum, absolutam potentiam physicam in demonibus probaret, cum de omnibus sit quæstio, & decisio.

7. Secunda sententia, non solum moralem impotentiam demonum absolutam ad actum omnem, & quemvis bonum simpliciter virtutis moralis, sed physicam censet. Ita magister, in secunda disputatione septima capite, *Nunc ergo* sanctus Thomas ibi, questione prima, articulo secundo, Ricardus articulo secundo, quæstione secunda, Gregor. questione prima, articulo secundo, Agid. questione prima, articulo secundo, Capreol. questione prima, articulo primo, conclusionem secundam, Maior. questione prima, conclusionem quintam, Marfil. questione quinta, articulo tertio, Holcot. questione quarta, littera RR. Gabriel. questione prima, articulo primo, Okam. questione decimanona, & quodlib. 2. q. 14. ferrara. 4. contra Gent. cap. 91. Caietan. 1. p. q. 64. artic. 2. Et Dominici Thomistæ Recentiores, quibus consentiunt Molina quæst. 64. articulo secundo, disputatione secunda, §. *Dubium est hoc loco*. Granad. tractatu decimo quarto, disputatione tertia, atque alii apud ipsos. Certe moralem demonum impotentiam ad bene moraliter absolute, & simpliciter operandum, ne doctores quidem sententia primæ damnatis Angelis, aut hominibus negant. Volunt autem ex eis aliquid nil amplius, quam moralem impotentiam ex aucteritate ponant, quas continetur à Deo vindice scelerum

Christoph. de Ortega de Deo Vno, Tomus II.

patiuntur, passurosque æternum certo sciunt: & subinde bonorum operum suorum inutilitatem, ob quod odio, invidia ira que ardentissima in Deum flagrant; damnatis demonibus ad bonum agendum à Doctoribus pro hac sententia secunda citatis affigi, quare eos cum prima sententia Doctoribus conciliari facile posse æstimat ubi proxime Præpositus hostet. & concordet inter se fuisse supponit Ariaga ubi proxime; falluntur tamen; Plerique enim ex Doctoribus secundæ sententia de impotentia physica absoluta loquuntur, ut patet ex rationibus, quibus suam conclusionem probant. Marfilus enim, etsi conclusionem de facto solum proponat, & Paludanus citans pro secunda hac conclusione à Soario supra. q. 16 & Molina, quibus fauet Scotus apud Ariagam sect. 4. §. *Ideo tertio* eam probant: quia Deus concursum suum generalem vti ad quemvis actum essentialiter ex parte actus primi requiritur ad opus nullum absolute, ac simpliciter honestum dñatis demonibus, nec præparat, nec offert, sed de se, & independentem ab usu libertatis eorum, denegat, & subtrahit: quod impotentiam physicam ipsorum absolutam, ad bonum, quemvis actum absolute honestum ipsis facit. Quod probabile censet Soar. n. 13. & c. 14. n. 23. & Alarcon, proxime, n. 13. §. *Et tandem* poterat; & n. 14. §. *Sicut ergo* Deus. Ariaga sect. 5. subsect. 4. siue imo satis, & valde probabile Okam, & Gabriel relati ab eodem Ariaga. sect. 6. subsect. 1. n. 48. §. *Sic undem* modus, probant: quia Deus se solo, & independentem à libertate voluntatis (imo diues physica actiuitatis de quo postremo nil ad præsentis questionis decisionem curandum, odium sui damnatis demonibus perpetuo vehementissimum infundit & conservat, ex quo prius natura, quam de actu bono, vel malo delibent, ut nil Deo displicens fugiant, vel placens, quale bonus absolute actus est, prosequantur necessitati, & determinati sunt: ac proinde impotes absolute boni aliquid, & honesti exercendi: siquidem in requisitis ad honestatem absolute talem præcipua est finis bonitas, quæ in Deo est, nequique, cum præsupposito eius odio actione aliqua simul intendi, ac physice componi. Hæc etiam ratio physicam impotentiam nec solum moralem probat. Huic rationi affinis est ratio Gregorij, cui etiam Gabriel subscripsit, perpetuæ murmurationis, & blasphemie in Deum vindicem necessario oritur ex dolore perpetuo cruciatuum, necessario etiam à damnatis concepto, cum qua murmuratio & blasphemie actus simpliciter bonus est incommensabilis. Quarta ratio cuius meminerit, Scotus, & Gabriel, fuit Gregorij, & Holcot. Quod, scilicet, à Deo infundatur iustissimus habitus in malum inclinans, & determinans ac damnatorum libertatem physicam creatam, & finitam, ac subinde aliqua tandem intentione inclinatione ad vnum extremum auferibilem à voluntate, ut nequeant physice ferri in extremum aduersum: ex eius vero habitus infusi determinatione voluntatis damnatorum demonum ad malum, implicat eos ad bonum absolute, ac simpliciter honestum ferri absolute posse. Hæc etiam ratio physicam impotentiam illorum absolutam, & antecedentem ad vllum actum simpliciter honestum probat. Quinta demum ratio sancti Thomæ, Capreolij, Caietani, Ferraræ, citatis locis, & aliorum recentiorum Dominicanorum idem etiam probat. Aiunt enim omnem damnatorum Angelorum voluntatem esse propter finem, quem tanquam vltimum, & vniuersalem, nec solum, ut particularem, actu prauo, ob quam damnati sunt, sibi constituerunt, saltem virtualiter reliquis aliis eorum actibus necessario intentum quatenus voluntates particularem bonorum, vltimi finis, nempe beatitudinis sibi ab vnoquoque Angelo præstitutz voluntatem, necessario saltem virtute participant.

ff. 2. CERT.

CERTAMEN IV.

*Rationes impotentia physice ad actum
bonum moraliter prafatas
reiciio.*

HAs Doctorum omnium secundæ sententiæ rationes reruli, vt appareat contra nostros Ariagani, Præpositum, & alios, eos omnes de impotentia physica absoluta, & antecedente recte, & absolute bene, aliquid, & honeste agendi damnatorum demonum, non autem de impotentia solum morali fuisse locutos: est non, vt eorum probem rationes, quas adeo etiam singulatim recensui, vt singulatim etiam reiciam. Prima Paludani, & Molinæ de decreto denegandi, generalem concursum (causis secundis necessariis, vt operentur demonibus, & damnatis quibusque, in peccatum damnatorum, ob quæ æternæ damnationis subiecti sunt: nihil in eo violentiæ perpetuæ, quam nonnulli contra eam rationem obiciunt) recognoscant. cum ius Diuinæ vindictæ iuri, & exigentiæ voluntatis damnatorum Diuini concursus, ex parte Dei præparandi ad honestam eorum operationem à Deo præualeat, multo magis quam præsentia contrarij agentis validioris exigentiæ agentis debilioris, præsentis, cui obinde concursus Dei ad operandum citra violentiam illam quotidie à Deo denegatur: nulla sane in denegatione concursus, & præparationis eius voluntatibus damnatorum ad honestam absolute operationem violentia inferretur (tamen reicienda absolute est primo, quia iuri exactiue vindictæ suæ tametsi fortiori, plerumque, & in multis Deus, vt debiliori causarum naturalium (maxime concursus generalis ad operandum, præstandum, ac præparandum) Deus cedit, vt in gradibus, & perditissimis peccatoribus, etiam ad sceleratissimas eorum operationes ulterius peragenda, experimur. Nec valet eos in statu viæ esse: damnatos vero in perditionis termino, & perpetuæ Dei inimicitie, quia ius Diuinæ vindictæ de inimicis pro quous instanti ex præsentia inimicitie peccatoris grauis pro illo, non autem pro instantibus vltioribus successibus sumitur. Secundo, quia denegatione auxiliorum gratiæ, vt conterantur, adhuc imperfecte, honeste tamen, satis habetur, ne absolute, & in Dei gratiam, redeant, ac simili denegatione, ne recte, & honeste absolute possint operari: quin ad denegationem præparationis concursus generalis adeo naturalis causis secundis primis recuratur. Tertio principaliter, & vrgentius prima hæc ratio reicitur. Quia formali odio Dei demones & reliquos damnatos peccare contra præceptum negatiuum, *Ne Deum edis* certum apud Patres, & scholasticos est, vti & contra alia præcepta naturalia negatiua: ad quæ concursus necessarius ex parte Dei præparatus adest. Nempe ad odium Dei, vel actionem quampiam aliam naturali iure prohibitam, quam turpiter, prauèque exercent: tum autem necesse est præcedere præcepti prohibentis, & malitiæ odii Dei notitiam, & cogitationem sanctam, siue gratiam Dei sufficienter auxiliantem, vt damnatus ab odio retrahatur, illudque omittat: alioqui nec libere, & turpiter Deum odio haberent. Inquit autem rursus: an esse possit pura omisso in voluntate, necne? si primum omisso odii Dei, ex auxilio gratiæ retrahentis, atque motu prohibitionis, & malitiæ odii Dei per illud representatam, vt ex parte actus primi absolute potest rationi Consonare, ac præcepto conformiter haberi, ac proinde bona moraliter omisso, ac subinde honestum, ac bonum aliquid exercitum in voluntate demonum absolute esse poterit omissione illa, ad quam præparatio concursus, non requiritur, sed solum ad odium Dei, quo recte, & honeste pro sua libertate, non vitium, dum odium omittit. Quodsi male puram omissionem voluntatis dicas impossibilem, sed actu aliquo po-

lituo, & opposito actu omittendo induci debere vrgentius pugnabo. Etenim immediate formali libertas contrarietatis voluntati in hac sententia reliquitur: mediata vero solum ad contrarij vnus, (odii, v. g. Dei) omissionem extremi quatenus contrarium alterum, v. g. Dei amor pro voluntatis arbitrio ponitur, quoad vim omittatur: ergo nequit hoc libere poni, vel omitti, quin ex potestate absoluta voluntatis create ad odium, vel amorem Dei, pro libito apponendum odium Dei ponatur, vel ex libera immediate amoris Dei positione odium omittatur: nequit autem esse absoluta potestas ad odium, vel amorem apponendum, in voluntate damnati absque præparatione concursus generalis ex parte Dei præsupposita ex parte actus primi ad virtutem: ergo ex defectu præparationis concursus diuini male probatur impotentia absoluta damnatorum, ad omne exercitum honestum, siue priuatiuum omissionis præceptæ, siue positum per actum simpliciter honestum qualis est amor Dei.

2. Secunda ratio ex odio Dei infuso damnatorum voluntatibus à Deo, siue solo, siue eorum voluntatibus physice adiuto, independentem vero ab exercitio libertatis eorum (quod satis ad eorum intentum est) impugnat. Primo, quia mere gratuito, & voluntarie absque ulla fundamento asseritur. Secundo, quia contra scripturam Psal. 1. *Sustentia eorum qui te oderunt: ascedit super eos.* Patres & Theologos reliquos dicitur. Ex quibus Dei odium in damnatis peccatum, ac subinde liberum esse perpetuo diximus, quod fieri, nec per vnum quidem instantis possit, si perpetuo absque eorum libertate, à Deo infunderetur. Tertio, quia odium hoc Dei ab ipso damnatis infusum, non solum physice inclinat, & inducit, sed determinat, horum sententia, ad malum omne præ bono, in omni occasione, quæ occurrit: ex quo inferitur primo in nulla occasione contra aliquam virtutem, nec præceptum damnatos siue positum, siue omissionis posse libere agere, & peccare contra id Ioan. 8. *Ille homicida erat ab initio.* In mortis Abel causatione, & tentatione Plotoparentum ad peccatum, quo mors fuit in mundum inducta. Hoc autem totum à damnatis iam demonibus actum est, & Ioan. 1. c. 3. *Ab initio Diabolus preuit, co* scilicet vsque, & subinde iugiter per æternitatem peccabant. Illationem proba quia, cum determinatione physica antecedente ex parte actus primi ad vnum extremum, pugnat physica ad vtrumvis voluntatis liberum. Nec prestat determinationem hanc voluntatis damnatorum è vehementi odio Dei infuso ad malum, siue omissionis, siue positæ, præ bono, esse quoad speciem, nea quoad individuationem actus prauum apponendi: quæ in huius præ illo electione libertate exerceat illos posse, & peccare. Contra enim primo, Nam peccato omissionis actus præcepti omnia individua omittenda necessarij sunt, siquidem cuiusvis actus positione non peccarent: quare ad omnes omittendos, vt omissionis peccatum damnati determinati, ex odio illo sunt, si ad malum etiam omissionem ex illo determinantur. Secundo, nec ad saluandam libertatem in actibus prauis, & malis possunt subinde damnatorum peccata ex præfata causa. Siquidem actus individuatione ab arbitrio creati electione non pendet, sed, vel à temporis, loci, & aliorum circumstantiis, vel, vt censo à Deo qui ad hunc præ alio determinat concurrere, casu, quo voluntas in obiectum, & ob motum propositum moueri pro arbitrio suo, velique, si quoad speciem etiam actus determinat aliunde (vt in præfata ex Dei odio à Deo infuso) antecedente, & ex parte actus primi sit nullam in actus cuiusvis appositione exercere libertatem potest. Ex quidem cum electio huius individui actus, præ innumeris aliis actibus possit haberi, nisi eis omnibus præcognitis, nequeat à damnatis haberi: nec omnium possibilem actuum intra speciem quauis peccati cognitio damnatis demonibus adest, neque pro eo statu adest posse, ratione aliqua (imo non, nisi contra omnem rationem) asseri queat, ex huius actus prauis præ alio appositione, libertas, & peccatum damnatorum damnatorum saluari. Denique odium illud infusum ad omnes actus malos incurrentes in horum sententia cogere damnatos videtur. Quarto impugnatur, quia, est odium hoc Dei non prædeterminat physice, vt opus ea virtutibus est, ad physicam impotentiam absolutam, &

antecedentem damnatorum demonum ad omne malum, inhonestum, siue omisissio, siue positio, & fugam omnis boni & honesti probandum) sed physice ex parte actus primi voluntatem inclinaret, ac induceret, ad omne malum, & fugam omnis boni, & honesti exercitii, dubio procul, Deus omnis peccati, siue omisissio, siue commissio, & ad omnis boni & honesti fugam causa esset author: unde, & malorum tentator contra Iacobum esset, ac inducitor, & ab omni bono auersator.

3. Quinto illud à Deo infusum, ut velis vehemens, & intensum odium Dei, non opponitur physice impossibilitati voluntatis, quia sibi velit damnatus, aliquid boni, & convenientis quales est actus honestus, & bonus, moraliter, est indirecte ad illud intensissimum inimico Deo obiectum placens apponatur, quod nullquam obest, ut quod ipsi directe, & per se bonum, & amabile est ab eis appeti possit, & appetatur, ut in nobis patet, qui bona per se, & directe nostra appetimus scire, est per accidens incuncta inimicis fore videamus: item, si quæ damnatis per se, & directe bona sunt, quia erant Deo iucunda, ex odio illo infuso Dei appeti ab ipsis absolute nequeant, inferitur: damnatos nihil physice posse absolute operari, cum in cuiusvis entis ab eis appositus, entitativa bonitate Deus complacet. Denique odii illius Dei infuso Deo, ut causa particulari, & independenti à libertate damnatorum Deo repugnans, quia, est ita à Deo infusum peccati in datus non esset, quia ab eis non eliceretur liberetatis, cum ex obiecto malum moraliter, & turpissimum sit, Deus illud libere volens, & efficaciter volens in alio, ut opus ad eius à Deo infusione est, est se eo, odio non odisset, tamen ea libera odii sui in alio voluntate peccaret: cum & obiectiva malitia obiecti voliti adit, & Dei illud libere volentis libertas. Non secus, & ac si ego odium Dei in amente, amorem vel actum adulterii, cuius libertate non amatur, libertas mea adeo à qua formaliter mihi impatur ad culpam actus ipsi, qui obiectum malitiam intrinsecus habet. Nec valet, ex honesto siue puniendi damnatos illud, si odium infundere malum enim, intrinsece præferitur, & ex obiecto suo, ex nullo honesto siue amari absque culpa potest. Nec magis præstat: voluntatem Dei, quæ in ea infusione odii intercedit) Principis naturalis supremi malitia illam obiectivam odii Dei saltem respectu sui abolere. Primo enim malitia obiectiva intrinseca actus ex obiecto suo nisi obiecti ablatione (siue quo actus esse non potest) nequit prorsus auferri. Secundo, inferitur, ex ea solutione, Deum, quæcumque peccata posse licite amare, cum id siue eius voluntate fieri non possit. Tertio posse Deum eadem ratione peccare, & meriti, quæ sunt omnino heretice, & blasphemie. Ea quæ præstat sententia affinis addebat. Gregorius de necessaria tristitia & spirituali sensu doloris de cruciatibus, ac inde necessario etiam oris in Deum vindicem murmuratione, & blasphemis nihil præstat. Primo enim ex dolore illo & tristitia de cruciatibus à Deo infusis necessitate physica oriri in Deum murmurationem, & blasphemias, neque à Gregorio, neque à Gabriele (qui etiam in eo consensit conclus. 2.) probatur, sed gratis, & absque fundamento assumitur, imo vero probari nullatenus potest. Secundo, murmuratione, & blasphemis in Deum damnatos demones peccare certum apud Patres, & Theologos est, quare, & cas ex libertate physica agere. Tertio, quidquid ex eis pravis affectibus in Deum nihil sibi honestum, & bonum moraliter posse absolute demones operari omnino, est falsum ut constat, ex dictis nuper contra similem necessitatem non operandi honeste, sui impotentiam physicam bene, & honeste operanti ex odio Dei ortam ex quo apparentius videbatur inferri. Addebat Gabriel demones damnatos, semper velle pœna carere, & suam beatitudinem. Sed cum ea efficaciter velle nequeant, cum sciant virtutem esse sibi impossibile, quod simplici affectu, & complacentia, ea præcise velint, culpa non est, etiam adiuncta, Agidii ratione: quod beatitudinem, non ex gratiæ auxilio, ac proinde propter se ipsos, & ex sui complacentia, quare curve, & prave demones amant. Hoc tamen ratio nos peccare, cum beatitudinem nostram amamus, desideramus spe etiam Theologica ex supernaturali, quoad substantiam gratiæ auxilio speramus: siquidem ex nostri tantquam finis sui complacentia, & concupiscentiæ affecti-

bus illam nobis volumus, in quo nulla est curvitas affectus deordinatio. Neque enim omnia, ex Dei, ut finis, complacentia velle debemus, ut finis, complacentia, velle debemus, ut recte, & ex honestate velimus. Alioquin nulla virtus moralis, imo nec Theologalis, præter charitatem erit admittenda, quæ duo absurdissima sunt. Denique intento toto Agidii, & Gabrielis hæc in re permisculo, nihil ad præsentem difficultatem, & conclusionem de physica impotentia demonum damnatorum, ad vllum actum moralis cuiusvis virtutis præstandum conducit: Eequid enim beatitudinis propria amor, quantumvis virtuosus physice impossibilitatis, cum actu moralis virtutis habere potest?

4. Quarta etiam ratio pro impotentia hac physica demonum damnatorum bonum quidpiam, simpliciter, & absolute tale, siue positio, siue omisissio agendi (cui præcipue Gregorius, & Holcot insunt) de habitu infuso à Deo eorum voluntatibus, ex quo ad omnis mali moraliter, profectionem, & morali boni fugam, non solum physice, & vehementer, ex parte actus primi impellantur sed prætermerentur, nullius momenti est, est non satis firmiter à nonnullis consuetur. Primo: quia adeo vniuersalis habitus ad omnis boni fugam, & omnis mali, siue omisissio, siue commissio, & positiui pro quavis occasione profectionem, est impossibilis: sed primo unde eam impossibilitatem ita arguentes probant, poterunt probare, si semel admittant (ut plane admittunt) habitus ex parte voluntatis in actu primo impellentes, ac physice determinantes illam ad actus prauos elicientes, & bonos moraliter omnes fugiendos in materia specialis alicuius virtutis infundi à Deo posse? Secundo: Parui, vel potius nihili, Gregorii, & Holcot, eorumque rationis refert, siue id: vno vniuersali habitu, siue pluribus à Deo pro virtutum, & virtutum specificis diuersitate infusus factum admittatur. Secundo impugnat eam rationem Valsq. noster d. 24. r. c. 2. n. 4. §. Hæc tamen ratio: quia intrinseca voluntatis creatæ libertas in actu primo per habitum, quantumvis intense vehementer inclinantem, & impellentem physice creatam voluntatem, ad actum aliquem, est minus possit ad actum oppositum, vel eius omisissio exercendam, nequit tamen auferri, ac prorsus, ex parte actus primi physice impeditur alioquin habitus per actus frequentes, & frequentissimos à nobis adquisito libertas nostra in hac vel illa virtutis specie auferretur, ut deinceps in illa peccare non possemus; quod est absurdum: ceterum si ea impugnatio veræ doctrinæ innititur, quoniam pacto Dominicanos Recentiores, Thomistas, eorumque physice prædeterminantem voluntatem seu qualitatem physice prædeterminantem voluntatis creatas ad suos actus ab euerfione libertatis Valsq. ipse, & reliqui scholæ societatis nostræ Thomistice impugnamus? qua itera ratione Patres antiquos hereticos prædeterminatores, & eorum Sectarios Lutheranos, & Calvinistas, eorumque decreta nostrarum actionum prædeterminata ab eiusdem libertatis euerfione Catholici omnes Doctores hæcenus impugnarunt, & nunc etiam confutant? facile enim respondebunt, tam physice prædeterminantem, quam prædeterminationem, seu prædeterminationem actus nostræ voluntatis, extrinsecum, quid nostræ voluntati eiusque intrinsece libertati æque, atque habitus illos (ac magis extrinsece prædeterminationem & prædeterminationem) & aduentitium esse, & quod subinde nequeat voluntatis nostræ libertatem euertere, est eam posse imminuere? sed magna æquiuocatione intelligentiæ *intrinseca libertatis*, voluntatis creatæ ea doctrina innititur, intrinseca quippe creatæ voluntatis libertas ita intelligi potest, ut ipsi intrinseca essentialiter physice adæquate sit & quavis hoc sensu asserti nullo extrinseco, & extrinseca libertas possit, & aboleri, sed sola eiusdem voluntatis ablatione, & destructione: nec posset extrinseco alio imminui contra id, quod Valsq. admittit, nullo siquidem alio rei cuiusque essentia minui potest. Deinde hoc sensu absoluta, & adæquate libertas voluntati intrinseca non est, ut patet, cum cogitatione indifferenti virtutis extremi, & decreto etiam Dei præparatio concursus ad virtutis extremum (quæ extrinseca, & extra essentialia physice voluntati creatæ sunt eius libertas essentialiter constituitur: si autem intrinseca adæquate libertas creatæ, creatæ voluntati intelligatur: quia quidquid illam constituit, & ultra vo-

num infuso illo habitu Dæmonibus damnatis fiat, nihil libere agent vel omittent nec vquam in inferno peccabunt contra scripturam Patres & Theologos, vt dicebamus n. 2. vbi euasione, ex libertate ad indiuiduum hoc prauum præ alio apponendum præclusimus: tum quia in prauis omissionibus actus præcepti locum non habet: tum quia indiuiduum hunc actum præ alio ponere electionis, & arbitrij voluntatis Dæmonum non est: quod autem, simul argumento respondet Arriaga sect. 5. subsect. 4. n. 40. §. Dicit hanc solutionem scilicet damnatis Dæmonibus nullus actus præceptum positum esse, (quod & Valq. censet cit. d. 2. 4. c. 1. n. 1. §. Hæc opinio probatur sub fi.) nec satis, est firmum, nec, si esset verum, esset sufficiens siquidem præcepta naturalia negatiua omni rationali creaturæ pro statu etiam damnationis, imposita esse (v. g. non oderis Deum, non peccabis) certum est: in his autem impugnatio euasione de libertate indiuiduationis locum non habet: cum omnia indiuidua actus odij Dei v. g. & similia prohibeantur: quod vero Arriaga ibidem addit ex impotentiā antecedente morali damnatorum agendi quidpiam, boni vitandive quidpiam mali præcepto omni exemptos Dæmones, & damnatos reliquos esse quia summa difficultas aliquid præstandi in æstimatione prudente, atque in iure physice impotentia æquiualeat & effectus præstandi physice impossibilitati, cuius præceptum nullum esse potest: teneat foris in præceptis humanis, secus in diuinis, quibus quidquid rationalis creatura physice agere, vel non potest, idem Deus absolute præcipere, vel prohibere: multo minus valet in naturalibus præceptis, quæ physicas & naturales vires rationales creaturæ attendunt, nec eius etiam morali solum potentia adstringuntur: & tandem, si hæc solutio præstaret nunquam, nulloque damnari peccarent: cum ad nihil agendum, vel non agendum præcepto, vel positio, vel naturaliter tenerentur: quod contra scripturam, Patres, & Theologos dicitur. Denique ex habitu hoc determinante absolute physice & antecedenter ad actum, vel omissionem prauam in damnatos Dæmones à Deo immisso peccati eorum author Deus illum infundens fore videtur, de quo certamine sexto vt diximus.

8. Quinta ratio necessitatis depurationis cuiusvis actus Dæmonum ex prauo fine, quem sibi primo peccato constituit, & ad quem proinde, quouis alio actu, virtualiter saltem debent necessario respicere: quouis modo à citato Caietano, ac Recentioribus Dominicanis, Thomistis explicetur de Angelis in via etiam statum quo primo peccant, & finem, sibi vltimum prauum in creatura constituerunt æque ac postea in statu æternæ damnationis: imo, & hominibus, viatoribus, ex quo primum etiam mortaliter peccant æque probat quare nec Dæmones, nec homines in statu viæ physice bene operari, aut non prauè & turpiter operari, vbis operantur, absolute poterunt, sed physicam absolutam impotentiam habebunt: quod, & irrationale, & absurdissimum est: multum enim, siue Dæmonis, siue hominis in via præter primum peccatum fuisse, esse, vel posse, inde inferretur: cum vltiores omnes actus eorum prauis necessitate absolute physica, & antecedente, quam, & absque physica libertate, & potentia eorum ad oppositum (sine qua prauis & inhonestis moraliter actus esse non possunt) omnino prodirent. Deinde impugnatur ratio, quia bonitas aut malitia, ex siue actus primo habiti, nulloque participatur ab aliis posterius habitis, nisi isti vel formaliter, & expresse (quod in præsentia non euenit aduersarij contingere hic volunt) cum finem, vel respiciant, vel supponant, vt eliciantur, & existant, atque ita in actibus posterius voluntas siue actus illius primi virtute censetur permanere, quia ab illa proxime, vel remotè, pendet, & causatur, & immediate, vel mediate alij mediis aliis, quasi concatenati ab illa proteniunt, eique connectuntur: vt patet in electionibus, mediis, vel proximis, vel remotioribus, & intentione finis, ex qua electiones illæ promanant: si autem actus plures inconnexi cum finis voluntate sint, ac dispartite se cum illo habeant, ex eius finis bonitate honesti, vel malitia vitiosi, nullatenus poterunt, vt de se patet: sic autem se habent actus prauis vltiores primo, in Dæmonibus, & damnatis reliquis, aliis specie diversis virtutibus oppositi, ac proinde vitia specie diuersa sunt, nec fini, & motui

peccati primi, superbiæ, verbi gratia, subordinati, nec in viæ, nec damnationis statu. Quare & vniuersique eorum actuum prauorum suum proprium finem vltimum, ab aliorum actuum sine diuersum in creatura constituit, non aliter, atque primus actus prauus finem vltimum, suum, & proprium in creatura constituisse dicebatur. Nempe quia, quidquid voluntas appetit sub boni ratione appetit, & quidquid fugit sub mali ratione aueratur: quare in eius rationis genericæ boni prosequendi prosequitui affectus omnes, & auerandi mali omnes affectus auerfui voluntatis conueniunt, siue boni, siue mali moraliter sint, quin inde, vel malitiam, vel bonitatem trahant, sed ex peculiaribus obiectis, & bonis, quæ prosequuntur, & malis, quæ auerantur, & quæ pro specifica eorum diuersitate diuersa sunt, nec vnius affectus speciei propria alterius speciei affectui communia, & connexa, sed solum in ratione illa genericæ, ex qua conuenientia nec bonitas, nec malitia moralis, nec specifica bonitas, aut malitia desumitur: eoque sane plano sanoque sensu verum habet affectum omnem, voluntatis creatæ participare voluntatem beatitudinis, vt sapienter Valquez noster 1. 2. tom. 1. ad quæstionem 1. articulo 6. & ad quæst. 1. 4. articulo 4. ex Sancto Bonaventura, Scoto, Ricardo, Gabriele, & antiquis aliis: quia affectus omnis voluntatis fertur in affectionem boni, & carentiam mali genericæ sumptam, quæ in beatitudine propria, & speciali nostra est atque in quouis speciali bono, quod prosequimur, & malo, quod fugimus, adesse nobis repræsentatur, vt ideo scitè comæus ille referente augustinus) omnibus diuersorum adeo studiorum hominibus in theatrum postera die conuenturis dicturum se quid vniuersique vellent pollicitus, verissima breuissimæque, & laudatissima ab Sancto Augustino sententia. Omnes vos cupitis esse beati, fidem soluerit. Denique Agidij ratio, quatenus ex parte cum additamento Gabrielis, conclusione secunda, conueniebat reiecta à nobis satis & breuiter fuit numero 3. sub med. in aliis enim bene Agidius discurrit, vt ex iam dicendis patebit.

CERTAMEN V.


De physica potentia, vel impotentia Dæmonum damnatorum ad bene, simpliciter, & absolute operandum, nostra sententia.

1. **N**eutri sententiæ relatæ, vel impotentiam absolute, tam physicam ad actum simpliciter bonum absolute, & vniuersum affigenti, vel vniuersum neganti in bona Theologia possumus assentiri: vt ex his, quibus, vtramque, eorumque fundamenta, discimus discipuli facile poterit: vt autem ea in recordata Theologia sententia feratur boni simpliciter, & absolute honesti, actus, vel omissionis diuidi debent. Nempe in actus, vel omissiones, quæ sub præcepto sint, & quæ præcepto non subsistunt: quæ diuisæ, quia ab antiquioribus, præmissa, quæstionis huius decisioni non fuit dum vniuersaliter, vel impotentiam affirmant, vel vniuersum negant, & oppositum potentiam physicam absolutam generaliter ad actus omnes absolute bonos moraliter Dæmonibus damnatis concedunt, à vero abstrasse videntur, ac sibi ipsis alibi repugnant: etsi (meo iudicio) re ipsa, neque à vero, neque à se ipsis deficiant: considerant enim operationes moraliter honestas præcise, quæ tales, quin vt præcepto, legi subiectas considerarent, qui impotentiam physicam eorum damnatis vniuersam concesserant, qui vero eam ipsis dehegarant bonis moraliter operationibus, seu omissionibus præcepto subiectis solummodo attendunt, etsi vtrique ad pauciora, quam deberent, vt omnino difficultatem definiunt planè respexerint. Primus in hanc distinctiorem incidit

donetur, & solum quasi sufficienter præcise voluntas creata constituitur potens absolute ad honestum absolute, & bonum moraliter exercitum suæ libertatis debitum naturæ vere ipsi esse cum Vasquez & nostra doctrina recte componi potest, ut de gratia auxiliante agentes ostendimus, & id solum minimum demonibus damnatis adesse (at est ad potentiam absolutam honesti exercitij constituendam absque villa auxilij, quoad modum adhuc supernaturalis donationis, sed ut quid iniquis nunquam se honeste habituris circa materiam præcepto subiectam ea potentia minima cogitatione honesta à Deo facta fuit ut peccati abstinere, ut non peccare absolute possint, & peccati permissione ex iustitia vindictina, eos pugnat, quod absque non peccandi potentia nequit fieri.

Dico secundo, ad nullum exercitium honestum, & absolute bonum moraliter, quod præcepto non subest, adest potentia physica absoluta demonibus, ac reliquis damnatis & citatis Alarcon Vasquez ac reliquorum, quos pro physica impotentia absoluta demonum damnatorum ad simpliciter honestum & bonum morale exercitium voluntatis retulimus cert. 3. n. 7. Probatur conclusio: quia cogitatio honestum exercitium voluntatis representans necessaria ad constitutionem absolute potentie voluntatis etiam minima ad id sufficiens, bonum quid damnatorum, & in ordine ad bonos mores procul dubio est, & qua omnes damnati ob moralia actualia præferunt (ut demones indignos meritis reddiderunt, ac insuper desperata salutis, cui & boni mores, & exercitium, quoduis honestum voluntatis, eiusmodi cogitatio honesta possent inferre, illi omnes sunt. Ergo ea etiam minima honesta cogitatione de facto priuantur damnati, sine qua potentiam absolutam ad bonum vllum, & honestum absolute voluntatis exercitium eis non adest. Et hæc quidem ratio nostram conclusionem probat satis, est minima hæc honesta cogitatio naturæ sui rationali causus creaturæ debita esset, & quoad modum etiam, naturalis: siquidem exigentia demerita damnati cuiusvis præferunt ob mortalia actualia, quo damnatus, viam vitæ terminavit, exigentia naturæ à Deo præualeat, ut dixi, cert. 2. numer. 6. Si autem cogitatio honesta, etiam minima, & necessaria ad constitutionem absolute potentie ad honestum exercitium, & simpliciter bonum voluntatis (tamen non congrua nec affectum habitura) damnatis indebita, seu non debita ipsi iure naturæ sit, ac subinde, quoad modum supernaturalis, & Dei gratia ultra, & supra creationis debitum, vigentior erit præfata conclusionis huius probatio, ut vidimus cert. 2. numer. 7. Id autem deinde huius loci non est, neque alicubi ab aliis Doctoribus disputatum: sed rationali creaturæ deberi communitur, sine examine suppositum: cum tamen multo examine Theologico discursu, & eruditione egeat, eius definitio, ut ex nostro primo tomo de ente supernaturali controu. de gratia auxiliante satis constat. Quo vero illud, quod in probatione hac diximus (eam scilicet vim præcipue habere in damnatis ob mortalia, actualia, & propriæ voluntatis in se, & de se absumi) respiciat, diximus cert. 2. numer. 6. sub finem. Nempe ad infantes ob originale solum damnatos, in quibus vigens adeo ratio non est, minima cogitatione honesta effectum, non habitura, atque à Deo potentia absoluta ad exercitium suarum voluntatum in penam originalis priuantur: cum honesta cogitatio ad vsum rectum originalis priuantur: cum vnicuique donetur, & inferuiat, ac proinde iis, qui proprii arbitrij, & voluntatis abusi non peccant, & damnantur, sed aliene, nempe Protopatentum, non ita congruum videtur eam cogitationem honestam minimam, nec effectum habituram ita lege denegari: maxime, si ea iure naturæ, & creationis, rationali creaturæ debita sit.

Chrysoph. de Ortega de Deo vno, Tomus II.



QVÆSTIO II.

De obstinatione, ac obduratione demonum, & reliquorum damnatorum in malo.

¶ Væstionem de obduratione damnatorum demonum ac reliquorum in malo à plerisque cum impotentie eorum bene operandi, ac necessitatis in mala operatione persistendi, & insistenti, quæstione confusam, theoriam vtpote valde ab ea diuersam, & ex diuersis principiis (ut mox patebit) decidendam proponimus.

CERTAMEN I.

Obduratio damnatorum in malo in nulla assignate à Doctoribus impotentia physica bene operandi, ac non male operandi.

¶ Demonum, de reliquorum damnatorum in malo obduratio duplex distinguenda est: ut superius dicebamus. Altera respectu actorum ab ipsis in via peccatorum, ob quæ fuerint damnati, & que in statu damnationis successit commiserint, (de quibus eadem ratio est, ac de illis iam duratione anteriori admittis) an, scilicet, ita in eis obdurecant, atque oblinati sunt, ex quo primum damnati fuerint, & damnati æternitate futura persistant. Quod idem est, atque, an ad impoenitentiam absolute honestam, ad prauam enim, & aliunde visitam impoenitentiam obdurata non esse, certum est, cum poenitentiam prauam, male à se actorum agant, ut ostendimus supra, eaque poena sensus non exigua miseris sit) antea actorum peccatorum oblinati, atque obdurati sunt, & quoniam eorum oblinatio, & obduratio constituitur. Altera vero obduratio eorum in malo est ad futuram eorum tota æternitate operationes, ut nihil non malum, & turpe sint in quacumque occasione & tempore operaturi. Idque ex ea obstinatione, & obduratione ad malum operandum, quotiescumque ex instanti primo suæ damnationis operentur: quæ obduratio ad malum ab obduratione in malo prima diuersa liquido est, ut patet: ac insuper ab obduratione non operandi deinceps bene, cum hæc bonæ operationis omissionem solum respiciat, illa vero non hanc solum, sed insuper operationem prauam. Est autem aduertendum iuxta hanc obstinationem, & obdurationem damnati cuiusque, ad prauam in quacumque occasione operandum, ex quo primo damnati sunt tanquam terminum partialem seu partem termini, ad quem eiusmodi oblinatio & obduratio est, prauam, & viciatam alicunde poenitentiam, doloremque de peccatis admittis ubi dolendum de eis sit contineri. Siquidem prauus ille dolor operatio mala posterior peccato futura est, ac proinde, in omnium prauarum deinceps futurarum à damnatis actionum cumulo, & collectione continetur: quare hæc ex parte ad secundam obstinationem damnatorum in malo, propriius loquendo ad malum, quam ad primam obstinationem & obdurationem, proprie, & strictè loquendo in malo, potius pertinere. Denique observandum (& quidem maxime pro virtutisque difficultatis decisione, & dilucido examine est: obstinationem & obdurationem tam in malo, quam ad malum, explicatam longe, ab impotentia physica absoluta euadendi, & abscedendi à malo, commisso, & impotentia simili non operandi male, quod operantur deinceps damnati sunt, valdeque differre. Id constat, primo, ex ipsa terminorum perfecta apprehensione

g g sione